

REPETITIONES  
LEGVM LIBRI OCTAVI  
CODICIS IMPERIALIS TIT. XXXVIII  
DE CONTRAHENDA ET COMMITTENDA  
STIPVLATIONE, SVBSCRIPTARVM,

*QUARVM SINGVLIS PECVLIARIA SVNT PRÆ-*  
*fixa Schemata, membratim, apta & accurata explanatione illustrata. Hoc Tractatu*  
*preclarè admodum ac communi Praxi vsitatissimi selecti iuris articuli & materia*  
*tanquam ordinaria sede collocantur, dogmatibus, questionibus vtrinq; exactè discussis,*  
*decisionibus, & practicis obseruationibus copiose & plena manu enodantur; cunctis ac*  
*singulis Iurisprudentiæ additis lectu cognituque utilissima proponuntur, quarum se-*  
*riem proxima pagella post Paranesin ad Lectorem exhibet.*

Authore

IOANNE BAPTISTA SCHWARTZENTHALER I.C.

Illustrissimi Marchionis Brandenburgici à consiliis: nec non  
inaclytorum Procerum Archiducatus Austriae in-  
fra Onasum Syndico.

*Additio rerum notabilium* INDICE.



HANOVIAE

Typis Wecheliani apud Claud. Marnium, & heredes Io. Aubrii.

M. DCIII.

*Cum S. Caesarea Maiestatis Privilegio.*



ADMODUM REVE-  
RENDIS, ILLUSTRIBVS,  
GENEROSIS, NOBILISSIMIS AC SPECTA-  
tissimis viris, provincialiũ Prefectis, & splendidissimi  
Archiducatus Austria infra Onasum, trium superio-  
rum Ordinum proceribus amplissimis, Domi-  
nis ac Mecætatibus suis obsequio & ob-  
servantia summa co-  
lendis.



APERTISSIMI homines qui de vitæ ciui-  
lis gubernatione monumenta post se præ-  
clara reliquere, excellentia, usu, & necessi-  
tate Legum compertum habebant, nihil  
ciuilis vitæ societati ac Reipublicæ optimè  
constitutæ conuenire ac conducere magis,  
quàm si legum præsidio fulciantur, principem locum leges  
in eadem obtineant, Admodum Reuerendi Illustres, Gene-  
rosi, Nobilissimi ac Spectatissimi viri, Proceres officio ac re-  
uerentia colendissimi. Si enim usum ac necessitatem spe-  
ctemus, multo magis ciuitas mœnibus, pro quibus tam stre-  
nui ciues fortiter dimicant, quàm legibus carere potest. Si  
præstantiam, leges id in Republica sunt, quod Deus in  
mundo summus eiusdem opifex, & conseruator, quod gu-  
bernator in naui, quod agitator in curru, quod in exer-  
citu Imperator existunt. Inde lex Deorum hominumque

# AD TRACTATVM STI- PVLATIONVM METHODICVM TA

*περὶ λεγόμενα*, QVIBVS SCHEMATA QVATVORDE-  
cim sunt addita, & singula horum membra ac-  
curatè & copiosè explanata.

## PRIMA TABVLA CONTINENS TITVLI CODICIS DE CONTRAHENDA ET

*committendâ stipulatione ordinis rationem & inscriptionis: sti-  
pulationis Etymologiam: utilitatem huius tituli:  
& vocum quarundam affinium  
discrimina.*

	I. Ordo & collocatio titulorum, & ea vel	I. Accursii. num. 1.
	II. Stipulationis Etymologia nu. 5.	II. Authoris. num. 2.
	III. Utilitas huius tituli & contra- ctus stipulationis. num. 6.	III. Saliceti. num. 3.
Ad generalem tituli Co- dicis de contrahenda & committenda stipulatio- ne cognitionem susci- piendam, consideranda sunt	IV. Inscriptionis huius tituli duæ partes.	IV. Francisci Connani. nu. 4.
	V. Vocum quarundam discrimina, quæ in aliquibus similes videntur habere circumstantias. De quibus Interpretes explanando ti- tulum Pandectarum de verborum obligationibus differendi occasionem capiunt: Suntque earum Sex: quæ sequenti tabel- la continentur.	Prima loquitur de stipulatione contrahendâ. nu. 7. Secunda, de committendâ sti- pulatione. nu. 8.

### APOSTILLÆ.

1. *Defendere & liberare aliquo modo coniuncta.*
2. *Solutio seu liberatio aut naturaliter aut civiliter contingit.*
3. *Contractus pignoris iuris gentium: contractus stipulationis iuris Civiles.*
4. *Contractibus firmioris roboris gratia apponuntur stipulationes.*
5. *Stipulatio inuenta ut promissionum fides & constantia arctior existeret.*
6. *Stipulatio à Stipulo derivatur.*